



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula XXVIII. Licentiae pro Confessore Monialium necessitate urgente
intra claustra Monasterij ministraturo Sacramenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

niis. Dona verò eujuscumque generis nullo colore à qualibet Moniali, seu alia intra claustra Monasterii manente accipias, sub poenis, &c. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

discedas. Quod si contingat eam mori, & sepulturam tradi debere, tunc etiam cœmeterium funeris causa ingredi possis, non aliter ac supra dictum est, sub poenis, &c. In quorum fidem, &c.

FORMULA XXVIII.

Licentia pro Confessore Monialium necessitate urgente intra claustra Monasterij ministrando Sacramento.

D Rodericus, &c. Tibi N. Confessori & Curato Monialium S. N. à nobis deputato licentiam concedimus, ut juramento prius præstito si infirma fuerit aliqua Monialis, atque in lecto jacens de licentia Abbatisse intrus super pelliceo, & stola aliisque officio tuo necessariis tecum delatis, absque ullo tecum socio possis ingredi claustra dicti Monasterii, sociatus semper duabus, aut tribus gravioribus Monialibus ad id deputatis, & dato campanulæ signo, ut ceteræ omnes Moniales in tuo adventu in Ecclesiam, aut cellulam suam se recipiant, tu ipse verò comitatus, ut supra, recta via accedas ad cellam ægrotantis ad Confessionem audiendam, interimque Camerae ostium maneat apertum, peractaque Sacramentorum administratione statim

FORMULA XXIX.

Licentia amplissima, etiam cum facultate consensu Episcopo reservatorum pro Confessario Monialium.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. presbytero, tibi cujus vita, & morum probitas per testificationes nobis factas probantur, ut Monialium Monasterii S. N. Confessiones audire, eisdemque Ecclesiastica Sacramenta possis, cum facultate casuum nobis reservatorum, nec non prædicti Monasterii clausuram in casibus urgentis necessitatis, atque Confessario aliàs permissis, ingredi, servatis tamen quæ in Conc. Provincialibus, & Synodo diœcesana Bracharensi, ac etiam decretis generalibus Visitationibus Apostol. Sacerdotibus & Confessariis Monialium præscripta sunt ad... his nostris litteris facultatem Concedimus, & impartimur, &c. Dat. &c.